



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. An Ecclesiæ regulares possint mutari in sæculares Ecclesias, sive monasteria, in collegia sæcularium Clericorum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

fortè alibi monasterio principali, consequenter unus idemque utriusque monasterii Prælatus erit, & prælatura uniti monasterii non vacabit per mortem Vicarii, seu Prioris uniti hujus monasterii, sed debebit etiam unito huic monasterio, per principalis monasterii Prælatum provideri, constituendo in tali monasterio vel Vicarium, vel electum ex consuetudine confirmando.

§. III.

An Ecclesia regulares possint mutari in seculares Ecclesias, sive monasteria, in collegia secularium Clericorum?

Respondetur, non posse Prælatum, Papâ inferiorem, monasteria, in quibus vivunt religiosi, ad statum secularem reducere, etiamsi in illis disciplina religiosa collapsa sit, nisi repetiri non possint religiosi, per quos illa monasteria reformantur *c. Inter quatuor 5. h. t. & hinc* Episcopus, si velit ex necessitate aliqua collapsum tale monasterium reformare, debet reformationem facere per religiosos ejusdem monasterii, vel in horum defectum, evocare alios ex aliis monasteriis ejusdem ordinis; vel si nec hi haberi possint, reformatio talis monasterii fieri debet, per religiosos alterius ordinis juxta *c. Relatum, 7. Ne Clerici vel Monachi &c.* vel denique si nec per regulares reformatio monasterii institui possit, suffici poterunt Clerici seculares, quia necessitas legem non habet: facilis tamen fieri potest, ut ex Ecclesia seculata fiat regularis, cum studiores vitam profiteantur regulares Clerici, & sic in virtute fiat ascensus potius, quam descensus.

§. IV.

De Xenodochiis, sive hospitalibus, & similibus locis.

Multa in hoc §. quaeruntur de hospitalibus, quae tamen ad hunc titulum vix videntur pertinere; illud vltimus tituli inquiritur, utrum Episcopi jurisdictioni subiecta sint hospitalia, ad multa loca pia, &c. cui quilibet respondetur, si auctoritate Episcopi erecta, constituta sint hospitalia, aut ejusmodi loca pia, ita ut Ecclesia siam aliquam, capellam, vel altare adjunctum habeant, in quo sacra fiant, subintur jurisdictioni Episcopi loci illius, in quo sita sunt, ita ut talis Episcopus fundatam quidem in parte attentionem habeat super jurisdictione, ordinatione, ac cura talium hospitalium *c. De Xenodochiis 3. junct. Gloss. verbo: in quorum Diocesi. h. t. ac jus habere et visitandi, rationes administrationis exigendi, nisi sub immediata procedure Regum existant, aut aliter in fundatione constitutum sit, Clement. 2. h. t. & in dicit. sess. 22. cap. 8. & 9. De reformatione: nihil tamen sibi vendicare, aut appropriare de rebus ad tale hospitalia, spectantibus possit: & quamvis in eorum hospitalium cura, aut gubernatione nihil immiscere se possit Episcopus, qui à secularibus praeside, nihil requiritur Episcopo, erecta fuerint, negari tamen non potest, quod, patrono praeterito mortuo, ad ejus etiam sollicitudinem pertineat, ut pie defunctorum voluntates, circa opera misericordiae, regni, & valetudinariis, &c. in tali hospitali commorantibus impendenda, executioni mandentur; & hinc juxta decretum*